

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

IX. De juramento Laicorum Fratr. de Observantia Reform. ac Tertii Ordin.  
in Regno Siciliæ pro præcedentia Clericorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhibetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ vel ostensa.

**J. 12.** Quodque prefati antequam gratia Notariatus perfici possint, & valeant in manibus alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, professionem fidei juxta articulos pridem a Sede prefati propositos emittere, & solitum fidelitatem juramentum omnino præstare tenentur, & quilibet ipsorum teneatur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
annulo Piscatoris die XVII. Junii MDCCXXI.  
Pontificatus Nostri Anno Primo.

IX

Statuimus, ut Fratres Laici de Observ., Reform., ac Tertiis Ordinis in Regno Siciliae præstent juramentum cedendi præcedentiam Clericis.

*De hac precedentia extat Urb. VIII. Conf. ed. 1642. Nov. 16. Clem. XI. Conf. ed. 1714. O. 6. P. 14. confirmatum fuit quoddam Decretum de primatu in Provincia Basica. Et Bened. XIII. Conf. ed. 1728. Dec. 16. P. 5. pricipitur executio Constitutionis Urb. VII.*

Dat. 5. Julii  
1721. An. I.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ab Urb.  
VIII. veti-  
tum fuit sub  
excommuni-  
cationis pœ-  
na , ne Laici  
præcederent  
Clericos  
Min. de Ob-  
fessor

D Udom fel. rec. Urbanus Papa VIII. Prædecessor Noster per quasdam suas desuper in simili forma Brevis die 16. Novembris 1642. Motu proprio expeditas literas, ne de cætero ulli Fratres Laici, seu Conversi Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia reformatorum nuncupatorum quovis sub prætextu, quefito colore, vel ingenio, etiam ratione antiquioris sua ad habitum Regulariæ dicti Ordinis receptionis, aut in eo emissæ professionis, seu cuiusvis consuetudinis Fratres clericos ejusdem Ordinis in quibusvis functionibus publicis, quam privatis præcedere, & ne quicunque Superioris Ordinis prædicti id deinceps quoquo modo permittere auderent, seu præsumerent sub excommunicationis pena ipso facto per contrafactualtes incurrendam sub certis modo, & formam expressis Apostolica autoritate statuit, ordinavit, & prohibuit, & alias prout in prædictis literis, quarum tenorem praefitibus pro plene, & sufficenter expresso, ac ad verbum inserto haberi volumus uberiori continetur.

Preces præd.  
Fratrum Re-  
gni Siciliæ  
pro observ.  
Constitutio-  
nis Urban.

S. I. Cum autem sicut dilecti filii Fratres Ordinis Minorum de Observantia, & Reformationis, necnon Tertiis Ordinis ejusdem S. Francisci Regni Siciliae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi predicatorum literarum ejusdem Urbani Praedecessoris observantiam Superioribus Generalibus Ordinum hujusmodi per Nos principi summopere desiderent, quemadmodum ab aliis omnibus regularibus, & ipsis ordinibus extra dictum Regnum servari afferuntur: Nobis propterea dicti Exponentes quo graves perturbationes, lites, ac controversiae hac in re exorta de medio tollantur, humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune provideire, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Fratrum

coporum, & Regularium, qui relations dilectorum, etiam filiorum Commissarii Generalis Curie tam de Observantia, quam Procuratoris Generalis Reformatorum, & Tertiis Ordinis huiusmodi viderunt, confilio, ut Superiores Regulares Ordinis praedicti imposterum Laicos, seu Conversos quoquecumque ad professionem admittere nequeant, nisi antea coram testibus emitant votum, vel juramentum cedendi clericis praecedentiam, injuncta superioribus contrafacentibus privationis officii, & vocis activae, & passiva pena ipso facto incurre. Laicis vero, seu Conversis sine praedicto voto, seu juramento profidentibus nullitatis professionis; & interim Superiores ejusmodi Laicos, seu Conversos ad observantium praedictarum literarum Urbani Praedecessoris hac de re emanatarum, ut prefertur cogant, dicta auctoritate tenore praesentium ibidem statuimus, decernimus, & ordinamus, salva tamen semper in primis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinale.

gregationis eorumdem Cardinalium.

I. 3. Decernentes pariter easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabat in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicut in premisis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causalrum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit assertio.

gerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum ordinum etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia robورatis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque. Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robe permanfurs ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

**§. 5.** Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eadem profutus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis praesentibus habetur, si forent exhibitos vel ostendentes.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
annulo Piscatoris die V. Julii MDCCXXI. Ponti-  
ficiatus Nostri Anno Primo.

Confirmantur Constitutiones Urbani VIII., & Alexandri VII. super exemptione Hospitalium Fratrum Ordinis S. Joannis Dei ab Ordinariorum jurisdictione pro Congregatione Hispaniae.

Hac de re vide hic relat. Constitutiones Pauli V. ed. 1619. Mar. 16. Urb. VIII. ed. 1638. Jul. 9. P. 15. Alex. VII. ed. 1658. Nov. 6. P. 4. Et 1659. Nov. 5. P. 5. ab Inn. XII. Conf. ed. 1692. Maji 20. P. 2. concessa fuit exemptione a processionibus. Et Bened. XIII. Conf. ed. 1724. Sept. 13. P. 1. confirmantur Privilegia concessa ab Urb. VIII. et secundum concordatum.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**I**nuncti Nobis cælitus Pastoralis officii sollicitudo nos admonet, ut ea, quæ ad Sacrarum

Statutum de  
obseruantia  
d. Constitu-  
tionalis, & de  
iuramento  
præsto a  
laicis sub cer-  
to compag-

Clausulae

三

Dat. 8. Julii  
1721. An. 1.

三